

Erigerimus quintus

rimis gustus longiore caule: sed pgracili. Vfus eius ad eadē quæ iridis. Aizoī duo genera: maius in fi-
ctilibus uasculis feritur: quod aliq̄ buphtalmon uocat: alii zoophthalmion alii stergeton: quod ama-
toris conueniat. Alii hypogesson: quoniā in suggrūdis fere nascitur. Sūt qui ambrosiā patius uocat:
& qui amerimnon. Itali sedū magnū: aut oculum aut digitellū: Alterū minusculū: quod eritheles uo-
cant: alii tritheles: quia ter floreat: alii chrysotheles: aliqui isoetes: sed alii itali sedū: alii aizoū. Vtrun-
q̄ quoniā uireat semper. Aliq̄ semperuiuū. Maius cubiti altitudinē excedit crassitudine plusq̄ pollica-
ri. Aliud in cacumine linguæ simile carnosum. pingue: largo: succo latitudine pollicari. Alia in terrā
conuexa: alia stātia: ita ut ambitu effigiem imittētur oculi. Quod minus est: in muris parietinisq̄ na-
scitur: & tegulis. Fruticosum a radice: & sursum usq̄ ad cacumen. Foliis angustis mucronatis: succosis
palmo alto caule: radix inutilis. Huic similis est: quā græci andrechenn agriam uocant. Itali illecebrā
pusillis latioribus foliis & breuiori cacumine. Nascitur in petris: & colligitur cibi cā. Omnium harū uis
eadem: perfrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita: uel succus inunctus. Purgāt enī
ulcera oculorum explentq̄: & ad cicatricem perducunt palpebras deglutinat. Eadem capitis dolori-
bus medentur: succo uel folio temporibus illitis. Aduersant phalangiorū ictibus. Aconito uero ma-
ius azoū præcipue. A scorpionibus quoq̄ ferri id habentē negāt. Medetur & aurium dolori. Item
succus inunctus hyoschiami modice. Item achilæ & minoris centaureæ & plātaginis peucedani cū
rosaceo & meconio. A cori succus cum rosa. Omnis autem strigili calefactus infunditur. Cotyledon
etiam infunditur purulentis cū medulla ceruina calefacta. Ebuli radices tritæ & succus linteo colatus:
mox in sole densatus & cum opus est rosaceo dilutus & calefactus parotidas. Verbenaca quoq̄: item
plantago sanat: item sideritis cum axungia ueteri. Nariū ozenas emendat aristolochia cū cypero. Dē
tibus remedio sunt panacis radix cōmanducata: præcipue chironiæ: item collutis succo. Radix hyo-
scyami ex aceto manducata. Item polemoniæ cōmanducatur: & plantaginis radices: aut colluntur in
aceto decoctæ succo. Et folia sunt utilia. Vel si sanguine gingiuæ putrescant: uel semē eiusdē aposte-
mata: & collectiones gingiuarum sanat. Et aristolochia gingiuas dentesue cōfirmat Verbenaca cū ra-
dice māducata & decoctæ ex uino aut aceto succus collutus. Item quinquefolii radices decoctæ ad ter-
tias uino aut aceto. Prius uero q̄ decoquatur aqua marina aut salsa lauantur. Decoctum diu tenendū
in ore. Quidam cinere quinquefolii fricare malunt. Et uerbasci radix decoquitur in uino ad colluen-
dōs dentes. Et hysopo colluuntur: & peucedani succo cū meconio uel radicū anagallidis magis. fœ-
minæ succo: ab altera nare qua doleat infuso. Erigeron a græcis: quæ a nostris uocatur senecio. Hanc
ita ut uiuat hærba: aiunt dentē eum postea nō doliturū. Hærba est therissagū specie & mollitia. cauli-
culis suprubicundis. Nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc græci dederunt: quia uere canescit.
Caput eius numerosa diuiditur lanugine: q̄lis est spinæ inter diuisuras exeunte. Quare eam Callima-
chus achantida appellat: alii pappum. Nec deinde græcis de ea cōstat. Alii erucæ foliis esse dixerunt:
alii toboris: sed minorib⁹ multo. Radice alii superuacua: alii neruis utili. alii potu strāgulāte. E diuer-
so quidā regio morbo cū uino dederunt. Et cōtra oīa uesicæ uitia. Item cordis & iocineris. Renibus
extrahere harenā dixerunt. Ischiadicis drachmam cū oxymellite ab ambulatione ppinauere. Tormini-
bus quoq̄ in passo utilissimā: præcordis etiā: cibo ex aceto eam prædicantes ferentesq̄ in hortis. Nec
desuere qui & alterū genus facerent: Nec quale esset demonstrarunt cōtra serpentes in aqua bibendā
edendamq̄ comitialibus dantes. Nos eam romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo eius
cū croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinis epiphoris. Tosta cū mica salis strumis. Ephemero folia
habet. Psyllii: sed minora: caulē parem: florem cæruleū: semen superuacuum: radicem unā digytali cras-
situdine: dentibus præcipuam concisam in aceto: decoctamq̄ ut tepido colluantur. Et ipsa etiā radix
mobiles sistit. Cauis & exesis imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto trita cōtinetur ore. Erosio ueratrū
nigrum imponitur. Mobiles dentes utralibet decocta in aceto firmatur. Labrū uenericum uocant in
flumine nascentē. Est ei uermiculus qui circa dentes ligatur: aut cauis dentium cara includitur. Cauen-
dū ne euulsa hærba terram tēgat. Ranunculū uocamus quā græci batrachion: Genera eius quattuor.
Vnum pinguioribus q̄ coriandri foliis: & ad latitudinem maluæ accedentibus: colore liuido: caule
albo: gracili: & radice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterū foliosius pluribus folioꝝ
incisuris: altis caulibus. Tertium minimū est: graui odore: flore aureo. Quartū simile huic flore luteo.
Omnibus uis caustica si cruda folia imponantur: pustulasq̄ ut ignis faciunt. Ideo ad lepras & psoras
utuntur & ad tollenda stigmata. Causticisq̄ oībus miscent. Alopecis imponunt: celeriter remouen-
tes: Radix i dolore cōmanducata diutius rumpit dentes. Eadem sicca concisa sternutamentum facit.
Nostri hærbarii strumēā uocant: quoniā medetur strumis & panis parte in fumo suspensa. Credūtq̄
ea rursus sata rebellare quæ curauerint uitia. Quo celere & plantagine utūtur. Oris ulcera itus succus

Erigen-
neton

Lilii.
Dios.

A